

agri in quibus prefixerat tabernacula a filiis emor patris sichem ceterum agnis: et erecto ibi altari iuocauit se illud fortissimum deum israhel. XXXIII.

Egressa est autem dina filia iacob: ut videret mulieres regionis illius. Quam cum vidisset sichem filius emor cuius princeps terre illius: adamauit eam et rapuit: et dormiuit cum illa ut opprimeret virginem. Et conglutinata est anima eius cum ea: tristisque delinuit blanditibus: et pergens ad emor patrem suum: accipe inquit mihi puellam hanc coniugem. Quod cum audisset iacob ab intibus filiis suis et in pastu pecorum occupatis: siluit donec rediret. Egresso autem emor patre sichem ut loqueretur ad iacob: ecce filii eius veniebant de agro: auditoque quod acciderat irati sunt valde: eo quod fedam rem operaretur in israhel: et violata filia iacob rem illicitam perpetrasset. Locutus est itaque emor ad eos: Si sichem filius meus adhesit anima filie vestre. Date eam illi uxorem et iugamur vicissim coniugia. Filias vestras tradite nobis: et filias nostras accipite: et habitate nobiscum. Terra in parte vestra est: exercete negociamini: et possidete eam. Sed et sichem ad patrem et ad fratres eius ait: Inueniam gratiam coram vobis et quicquid statueritis dabo. Augete dotem et munera postulate: et libenter tribuam quod petieritis: tamen date mihi puellam hanc uxorem. Responderunt filii iacob sichem et patri eius in dolo senientes ob stuprum sororis: Non possumus facere quod petitis: nec dare sororem nostram homini in circumciso: quod illicitum et nefarium est apud nos. Sed in hoc valebimus federari. Si volueritis esse siles nostri et circumcidat in vobis omnes masculini sexus: tunc dabimus et accipiemus in mutuo filias vestras ac nostras et habitabimus vobiscum: erimusque unus populus. Si autem circumcidi nolueritis: tollemus filiam nostram et recedemus. Placuit oblatio eorum emor et sichem filio eius nec distulit adolescens quin statim quod petebat expleret. Amabat enim puellam valde: et erat inclinat in omni domo patris sui. Ingressique portam urbis locuti sunt ad populum: Viri istius pacifici sunt et volunt habitare nobiscum. Negocientur in terra et exerceant eam: quae spatiosa et lata cultoribus indiget. Filias eorum accipiemus uxores et nostras illis dabimus: Unum est quod differunt tamen bonum. Si circumdamus masculos nostros ritum gentis imitantes: et sicut ea eorum et pecora et cuncta que possident nostra erunt. Tamen in his acquiescamus: et habitantes simul: unum efficiamus populum. Assensitque se omnes: circumcisit cunctis maribus. Et ecce die tertio quando grauissimum vulnere dolo est: ereptum duo filii iacob simeon et leui fratres digne gladius

ingressi sunt urbem confidentes: in fectisque omnibus masculis: emor et sichem pariter necauerunt tollentes dinam de domo sichem sororem suam. Quibus egressis irruerunt super occisos ceteri filii iacob: et depopulati sunt urbem in ultione stuprum: oues eorum et armenta et asinos cunctaque vastates quae in domibus et in agris erant: puerosque eorum et uxores duxerunt captiuas. Quibus perpetrata audacter iacob dixit ad simeon et leui: Turbastis me: et odiosum fecistis me chanaanitis et phereceis habitantibus in terra. Nos pauci sumus: illi congregati percussent me: et delabor ego et domus mea. Responderunt: Numquid ut scorto abuti debuere sorore nostra. XXXV.

Interea locutus est deus ad iacob: dicens. Surge et ascende bethel et habitabis ibi: facque altare domino quod apparuit tibi quando fugiebas esau fratrem tuum. Iacob vero provocata omni domo sua ait: Abijcite deos alienos qui in medio vestri sunt et mundamini: ac mutate vestimenta vestra. Surgite et ascendamus in bethel: ut faciamus ibi altare domino qui exaudiuit me in die tribulationis mee: et socius fuit itineris mei. Bedent ergo ei omnes deos alienos quos habebant: et in aures quae erant in auribus eorum. At ille infodit eas subter terebinthum: quae est post urbem sichem. Cumque perfecti essent terror dei inuasit omnes per circuitum ciuitates: et non sunt ausi persequi recedentes. Venit igitur iacob lucam: quae est in terra chanaan cognomento bethel ipse et omnis populus cum eo. Edificauitque ibi altare et appellauit nomen loci illius domus dei. Ibi enim apparuit ei deus cum fugeret fratrem suum. Eodem tempore mortua est delbora nutrix rebecca et sepulta est ad radices bethel subter quercum: vocatumque est nomen loci illius quercus fletus. Apparuit autem iterum deus iacob postquam reuersus est de mesopotamia syrie: et venit in bethel benedixitque ei dicens: Non vocaberis ultra iacob: sed israhel erit nomen tuum. Et appellauit eum israhel. Dixitque ei: Ego sum dominus deus omni potentis. Cresce et multiplica: gentes et populi nationum ex te erunt. Reges de libis tuis egredientur terram: quam dedi abraam et isaac dabo tibi et semi tuo post te. Et recessit ab eo. Ille vero erexit titulum lapideum: in loco quo locutus fuerat ei deus: libans super eum libamina et effundens oleum: vocansque nomen loci illius bethel. Egressus autem inde: venit verno tempore ad terram que ducit effrathan. In qua cum parturiret rachel ob difficultatem partus periclitari cepit. Dixitque ei obstetrix. Noli timere: quia et hunc habebis filium: Egrediente autem anima per dolorem